Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



103

teguntur. Recte per mala punica multifaria uistu
tum operatio. uno caritatis munimine undique uersum
tecta designatur. Fit autem eadem malorum punicorum
effigies. ex hyacintho et purpura et cocco bistincto.
Et ut insequentibus inuenitur esse ex bysso retosta. quibus
iiii^or colorib; quae uistutum uarietas intimetur sepius
inculcatum est. His uero in medio tintinabula per
miscentur cum neque opus sacerdotis umquam a sonitu
uerbi quod loquitur discrepat. Neque a rectitudine
operis territus. aduersus linguae sonitus dissentit.
Ubi pulchre additur Itaut in tintinabulum aliud aureum
et malum rursumque tintinabulum aliud aureum et malum
punicum; aurea quippe tintinabula hyacinthinae
pontificis tunicae inseruntur. et omni ex parte cir
cumdantur. cum omnis sermo eius claritatem superne
lucis resonat. et idem sonitus uelut hyacinthinae
tunicae firmae infixus. operumque quoque ipsius sublim
tate audientium mentibus commendatur. Fiuntque bina
mala circumsingula tintinabula. et circumsingula
mala bina tintinabula. Cum et omnia quae loquitur
bonis confirmantur actibus atque in adiutorium
astius corde figunt. et uniuersa quae agit quam sint
rationabilia discreto sermonis sonitu produntur.
Bene autem sequitur. Et uestietur ea aaron in officium